

rogando collegæ. Tum experta nobilitas parum fuisse virium in competitoribus ejus, L. Æmilium Paulum, qui cum M. Livio consul fuerat, et damnatione collegæ et suâ prope ambustus evaserat, infestum plebi, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit. Ita is proximo comitali die, concedentibus omnibus qui cum Varrone certaverant, par magis in adversandum, quàm collegæ, datur consuli. Inde prætoria comitia habita: creati Manius Pomponius Matho, et P. Furius Philus. Romæ juris dicendi urbana sors Pomponio, inter cives romanos et peregrinos P. Furio Philo evenit. Additi duo prætores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Omnes absentes creati sunt; nec cuiquam eorum, præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset, præteritis aliquot fortibus ac strenuis viris, quia in tali tempore nullus novis magistratus videbatur mandandus. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quantæ autem peditum equitumque additæ sint copiæ, adeo et numero et genere copiarum variant auctores, ut vix quidquam satis certum affirmare ausim. Decem millia novorum militum alii scripta in supplementum, alii novas quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus rem gererent. Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum et centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent: socii duplicem nume-

*Rogando collegæ*, para nombrar otro cónsul. *Competitoribus*, pretendientes. *Ambustus* (propiamente chamuscado). El sentido es que casi salió herido con el golpe de la condenación de su compañero (metáfora). *Ita is*, este pues en el primer día en que pudieron celebrarse las juntas, con la auencia de los competidores de Varron, fué nombrado por cónsul, no tanto para compañero suyo, cuanto porque contrarestase al poderío de Varron. *Romæ*, á Pomponio le tocó la jurisdicción de los pleitos entre ciudadanos romanos, y á Furio la de los pleitos entre ciudadanos y extranjeros. *Præteritis*, no haciéndose cuenta. *Quia in tali*, porque en tales circunstancias parecía no deberse dar empleo ninguno á primerizos. *Novis*, ó los que no le hubiesen obtenido antes. *In supplementum*, para completar las legiones...

*Consulatum*, ya por entonces era privilegio de la plebe que uno de los consules se nombrase de su

clase, cuando antes los dos eran del orden patricio.

*Duo prelores*. Véase el índice.

rum equitum darent, pedites æquarent. Septem et octoginta millia armatorum et ducentos in castris romanis, cum pugnam ad Cannas est, quidam auctores sunt. Illud haudquam discrepat, majore conatu atque impetu rem actam quam prioribus annis, quia spem posse vinci hostem dictator præbuerat. Ceterum, priusquam signa ab urbe novæ legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere jussi, propter territos vulgò homines novis prodigiis. Nam et Romæ in Aventino et Aricæ nuntiatum erat, sub idem tempus, lapidibus pluisse, et multo cruore signa in Sabinis sudasse, aquas e fonte calidas manasse. Id quidem etiam, quòd sæpius acciderat, magis terrebat: et in viâ Fornicatâ, quæ ad campum erat, aliquot homines de cælo tacti exanimatique fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati a Pæsto pateras aureas Romam attulerunt. Iis, sicut Neapolitanis, gratiæ actæ, aurum non acceptum.

XXII. Per eosdem dies ab Hierone classis Ostiam cum magno apparatu accessit: legati Syracusani in senatum introducti nuntiarunt: « Cædem C. Flamini consulis exercitûsque allatam adeo affecisse regem Hieronem, ut nullâ suâ propriâ regni sui clade moveri magis potuerit: itaque, quamquam probè sciat, magnitudinem populi romani admirabiliorem prope adversis rebus quàm secundis esse, missa tamen a se omnia, quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant: quæ ne accipere abnuant, magnopere se P. C. orare. Jam omnium primùm, omnis causâ, Victoriâ auream pondo tre-

*Illud haudquam*, en lo que todos convienen es que se peleó con mas calor y empeño que, etc. *Territos*, por estar atemorizado el comun del pueblo. *Multo cruore*, que las estâtuas en los Sabinos sudaron mucha sangre, y manó agua caliente de las fuentes. *Viâ Fornicatâ*, en el pasadizo en forma de bóveda que iba al campo Marcio, algunos hombres heridos de un rayo cayeron muertos. *Procurata*, expiáronse estos malos pronósticos segun lo que hallaron en los libros de las Sibilas. *Pæsto*, Pesti (pueblo de la Lucania).

XXII. *Affecisse*, había causado tanto sentimiento al rey Hieron, que no pudo sentir mas ningun desastre suyo, etc. *Abnuant*, no relusen admitir. *Ominis*, en señal de buen agüero...

*Victoriâ*, una estâtua de la Victoria del peso de 520 libras de oro. Segun nuestra moneda su valor un

millon, seiscientos treinta y ocho mil cuatrocientos reales.

centorum viginti afferre sese : acciperent eam, tenerentque, et haberent propriam et perpetuam : advexisse etiam trecenta millia modium tritici, ducenta hordei, ne commeatus deessent ; et quantum præterea opus esset, et quod jussissent, subvecturos. Milite atque equite scire, nisi romano, latinique nominis, non uti populum romanum : levium armatorum auxilia etiam externa vidisse in castris romanis ; itaque misisse mille sagittariorum ac funditorum, aptam manum adversus Baleares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes. » Ad ea dona consilium quoque addebant : « Ut prætor, cui provincia Sicilia evenisset, classem in Africam trajiceret, ut et hostes in terrâ suâ bellum haberent, minùsque laxamenti daretur iis ad auxilia Annibali summittenda. » Ab senatu ita responsum regi est : « Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi romani venerit, fidem coluisse, ac rem romanam omni tempore ac loco munificè adjuvisse : id, perinde ac deberet, pergratum populo romano esse. Aurum et a civitatibus quibusdam allatum, gratiâ rei acceptâ, non accepisse populum romanum : Victoriâ, omenque accipere, sedemque ei se divæ dare ; dicare Capitolium, templum Jovis Optimi Maximi : in eâ arce urbis Romæ sacratam, volentem propitiâque, firmam ac stabilem fore populo romano. » Funditores sagittariique et frumentum traditum consulibus. Quinqueremes ad navium classem, quæ cum T. Otacilio prætore in Siciliâ erat, quinque et viginti additæ : permissumque est, ut, si e rep. censeret esse, in Africam trajiceret.

XXIII. Delectu perfecto, consules paucos morati dies, dum socii ab nomine latino venirent. Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jurejurando a tribunis militum

*Modium*, en lugar de *modiorum*, celemines. *Pugnacesque*, y contra otras naciones que peleaban con dardos. *Minùsque*, y no estuviesen tan desahogados para enviar socorro á Anibal. *Perinde ac*, como era obligacion. *Gratiâ*, aunque habian agradecido el favor. *Victoriâ*, que admitian el don de la diosa Victoria, y su buen pronóstico ; y que le señalaban y consagraban para su colocacion en el Capitolio el templo, etc. *E repub.*, conducente á la república.

XXIII. *Jurejurando*, los obligaron á hacer juramento los tribunos militares...

adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat : et ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent, suâ voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi aut petendi, aut hostis ferendi, aut civis servandi causâ. Id ex voluntario inter ipsos fœdere a tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum. Conciones, priusquam ab urbe signa moverentur, consulis Varronis multæ ac feroces fuere, denuntiantes, bellum accessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet ; se, quo die hostem vidisset, perfecturum. Collegæ ejus Pauli una, pridie quàm ex urbe proficiscerentur, concio fuit, verior quàm gratior populo, quâ nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modò : « Mirari se quomodo quis dux, priusquam aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, jam nunc togatus in urbe sciret, quæ sibi agenda armato forent : et diem quoque prædicere posset, quâ cum hoste signis collatis esset dimicaturus. Se, quæ con-

*Abituros*, de que no abandonarian la milicia sin licencia. *Nam... nihil præter*, pues hasta entonces no se observaba otro juramento sino el que era ya de costumbre ; y cuando acudian á formarse los de á caballo en decurias y la infanteria en centurias, juraban de su propia voluntad unos y otros, etc. *Ergo*, que ni para huir ni por miedo desampararian las banderas. *Neque ex ordine*, ni desampararian su formacion. *Nisi teli*, sino para tomar ó buscar armas. *Id ex voluntario*, y de este voluntario juramento dimanó que despues los tribunos los obligaron á jurar, quedando ya en costumbre. *Perfecturum*, acabaria con la guerra. *Inclementer*, nada de duro contra Varron, sino solo lo siguiente. *Togatus*, estando en Roma y sin haber dejado aun la toga, cómo habia de saber lo que haria cuando estuviese armado. *Et diem quoque*, y que pudiese tener conocimiento del dia en que habia de pelear y venir á las manos con el enemigo. *Se quæ*, que él antes de la oca-

*Sacramentum*, entré los Romanos ninguno podia pelear contra el enemigo sin hacer primero juramento de fidelidad : esto era *sacramentum*. Despues los mismos soldados volun-

tariamente solian tambien jurar entre si, como dice luego T. Livio : esto era *conjuratio* ; pero en esta ocasion obligaron los tribunos tambien á esto último.

silia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum: optare, ut quæ cautè atque consultè gesta essent, satis prosperè evenirent: temeritatem, præterquam quòd stulta sit, infelicem etiam ad id locorum fuisse. » Eum suâ sponte apparebat tuta celeribus consiliis præpositurum: et quò id constantiùs perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem allocutus fertur: « Si aut collegam (id quod mallem) tui similem, L. Æmili, haberes, aut tu collegæ tui similis esses, supervacanea esset oratio mea: nam et duo boni consules, etiam me tacente, omnia e rep. fide vestrà faceretis; et mali nec mea verba auribus vestris, nec consilia animis reciperetis: nunc et collegam tuum et te talem virum intuenti mihi, tecum omnis oratio est: quem video nequidquam et virum bonum et civem fore, si altera parte claudicet respublica: malis consiliis idem ac bonis juris et potestatis erit. Erras enim, L. Paule, si tibi minùs certaminis cum C. Terentio quam cum Annibale futurum censes; nescio an infestior hic adversarius, quam ille hostis, maneat: cum illo in acie tantùm, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: et adversùm Annibalem legionesque ejus tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi est; Varro dux tuis militibus te est oppugnaturus. Ominis etiam tibi causâ absit C. Flamini memoria: tamen ille consul demum et in provinciâ et ad exercitum cœpit furere: hic, priusquam peteret consulatum, deinde in petendo consulatu, nunc quoque

sion no tomaria resoluciones prematuras, pues los sucesos influyen mas á menudo en las determinaciones de los hombres que no estas en los sucesos. *Ad id locorum*, hasta entonces. *Et quò*, y para que permaneciese mas en su propósito. *Etiam me*, aunque yo no os lo dijera, obrarais conforme á vuestra fidelidad y al interés de la república. *Et mali*, y siendo malos, ni darais oídos á mis palabras, ni admitirais. *Nunc et*, mas ahora, considerando yo la condicïa de tu compañero, y quién tu eres. *Tecum*, á tí se encamina mi razonamiento, á quien veo que de poco ha de servir el ser varon esforzado y buen ciudadano si la república cojea de un pié. *Malis consiliis*, él con sus consejos desacertados tendrá igual poder y mando que tú con los buenos. *Cum hoc*, con este has de pelear en todos los lugares y tiempos. *Ominis*, olvidate de la conducta de Flamino, porque no te sirva de mal pronóstico.

*Claudicet*, alude á las determinaciones de Varron, que no eran tan acertadas.

consul, priusquam castra videat aut hostem, insanit. Et qui tantas jam nunc procellas, prælia atque acies jactando, inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum, et ubi extemplo verba res sequitur? Atqui si hic, quod facturum se denuntiat, extemplo pugnaverit, aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro, aut nobilior alius Trasymeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus adversus unum est: et ego contemnendo potiùs, quam appetendo gloriam, modum excesserim. Sed ita res habet: una ratio belli gerendi adversus Annibalem est, quâ ego gessi: nec eventus modò hoc docet (stultorum iste magister est), sed eadem ratio, quæ fuit, futuraque, donec res eadem manebunt, immutabilis est. In Italiâ bellum gerimus, in sede ac solo nostro: omnia circâ plena civium ac sociorum sunt: armis, viris, equis, comœatibus juvant, juvabuntque: id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt: meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit. Annibal contrâ in alienâ, in hostili est terrâ, inter omnia inimica infestaque, procul a domo, procul a patriâ. Neque illi terrâ neque mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil usquam sul videt, in diem raptò vivit: partem vix tertiam exercitûs ejus habet, quem Iberum amnem trajecit: plures fames quam ferrum absumpsit: nec his paucis jam victum suppeditat. Dubitas ergo, quin eum sedendo supera-

*Et qui*, y uno que estando aun en la ciudad mueve tan grande tempestades, jactándose de las batallas que ha de dar. *Et ubi*, ¿y donde decir y hacer es lo mismo? *Aut ego*, ó yo no entiendo nada de milicia, ni conozco qué calidad de guerra es esta, ni tampoco al enemigo, ó el lugar donde acampa nuestro ejército va á ser mas amoso por nuestra derrota que el Trasimeno. *Modum*, me he excedido. *Sed eadem*, sino la razon, la que, perseverando las cosas en su ser, siempre es la misma que fué, y no se muda. *Viris, equis*, infanteria y caballeria. *Nihil usquam*, por parte ninguna ve un palmo de tierra que pueda llamarse suyo, y vive para pasar el dia con lo que roba. *Absumpsit*, mas murieron de hambre, etc. *Suppeditat*, no tiene ya que darles de comer. *Quin eum*, que estándonos quietos hemos de vencer al que ya se va consumiendo mas cada dia...

*Togatos*, opuesto á *armatos*, que son los que están en el campo de batalla.

*Stultorum*, alude á aquella sentencia de Hesiodo, la calamidad al necio le hace cuerdo.

turi simus, qui senescat in dies? Non commeatus, non supplementum, non pecuniam habeat? Quamdiu pro Geroni, castelli Apuliae inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus, pugnatum est? Sed ne adversus te quidem ego gloriabor. Cn. Servilius atque M. Atilius, proximi consules, vide quemadmodum eum iudicati sint. Hæc una salutis est via. L. Paule, quam difficilem infestamque cives tibi magis quam hostes facient: idem enim tui, quod hostium milites, volent; idem Varro consul romanus, quod Annibal pœnus imperator, cupiet: duobus ducibus unus resistas oportet; resistes autem, adversus famam rumoresque hominum si satis firmus steteris: si te, neque collegæ vana gloria, neque tua falsa infamia moverit. Veritatem laborare nimis sæpe aiunt, exstingui nunquam. Gloriam qui spreverit, veram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli vocent: malo te sapiens hostis metuat, quam stulti cives laudent. Omnia audentem contemnet Annibal: nil temerè agentem metuet. Nec ego ut nihil agatur moneo, sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna: tuæ potestatis semper, tuaque omnia sint: armatus intentusque sis, neque occasione tuæ desis, neque suam occasionem hosti des: omnia non properanti clara certa que erunt; festinatio improvida est et cæca.» Adversus ea oratio consulis haud sanè læta fuit, magis fatentis ea quæ diceret vera, quam facilia factu esse. « Dictatori magistrum equitum intolerabilem fuisse; quid consuli adversus collegam seditiosum ac temerarium virium atque auctoritatis fore? Se populare incendium priore consulatu semiustum effu-

*Supplementum*, gente para emplazar. *Adversus*, en tu presencia. *Quam difficilem*, el que harán difícil y nocivo. *Idem*, porque lo mismo que pretenden los enemigos pretenderán los tuyos por la mala conducta de Varron. *Veritatem*, pues es un adagio bastante comun, que la verdad adelgaza pero no quiebra. *Vocent* (sup. ut te), deja que den el nombre de cobardía á tu prudencia, de pereza á tu reflexion, y de poco valor á tu pericia militar. *Nec ego*, ni te aconsejo que te estés mano sobre mano, sino que en obrar te guíes por la razon. *Omnia*, al que no se precipita le sale todo bien; el arrebatamiento, ciego es y sin cordura. *Adversus ea*, lo que el cónsul respondió á esto no fué ciertamente cosa alegre, confesando que lo que decia era mas cierto que practicable. *Se populare*, que él habia evitado la condenacion del pueblo en su primer cónsulado, del que salió medio herido...

*Semiustum*, alude á lo que se dijo en el cap. 21, *prope ambustus*.

gisse: optare ut omnia prosperè evenirent; at, si quid adversi caderet, hostium se telis potiùs, quam suffragiis iratorum civium, caput objecturum.»

XXIV. Ab hoc sermone profectum Paulum tradunt, prosequentibus primoribus patrum. Plebeium consulem sua plebs prosecuta, turbâ quàm dignitate conspectior. Ut in castra venerunt, permixto novo exercitu ac vetere, castris bifariam factis, ut nova minora essent propiùs Annibalem, in veteribus major pars et omne robur virium esset; tum anni prioris consulem M. Atilium, ætatem excusantem, Romam miserunt. Cn. Servilium in minoribus castris legioni romanæ et sociorum peditum equitumque duobus millibus præficiunt. Annibal, quanquam parte dimidiâ auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mirè gaudere: non solùm enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde raperet quidem quidquam reliqui erat, omni undique frumento, posteaquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto: ut vix decem dierum, quod compertum postea est, frumentum superesset: Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporis exspectata foret. Ceterùm temeritati consulis ac præpropere ingenio materiam etiam fortuna dedit: quòd in prohibendis prædatoribus tumultuario prælio, ac procurso magis militum quam ex præparato aut jussu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Ad mille et septingentos cæsi, non plus centum Romanorum sociorumque occisis. Ceterùm victoribus effusè sequentibus metu insidiarum obstitit Paulus consul, cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat; Varrone indignante ac

*Objecturum*, expondria su cabeza, su vida.

XXIV. *Ab hoc*, despues de dicho esto. *Prosequentibus*, acompañándole los principales senadores. *Sua plebs*, los plebeyos que apoyaban el dictámen de Varron, mas visibles por el número que por su calidad. *Ætatem*, excusándose de que por la edad no podía servir. *Superabat*, pues no solo no le quedaba nada de los viveres que robaba diariamente. *Transitio*, pasarse á los Romanos. *Si maturitas*, si hubiera aguardado Anibal á que los frutos madurasen. *Præpropere*, arrebatada índole. *Quòd*, porque en una escaramuza que tuvieron para impedir el pillage de los Cartagineses, mas por el arrebatado y acometimiento de los soldados que con consejo y siguiendo las órdenes de los generales, los de Anibal no sacaron tanta ventaja de la pelea. *Effusè sequentibus*, dando alcance desapoderadamente. *Nam alternis*, porque mandaban por dias...

vociferante, emissum hostem e manibus, debellarique, ni cessatum foret, potuisset. Annibal id damnum haud ægerrimè pati: quin potius credere, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis ac novorum maximè militum esse: et omnia ei hostium, haud secus quàm sua, nota erant: dissimiles discordesque imperitare, duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque, locum et tempus insidiis aptum se habere ratus, nocte proximà, nihil præter arma ferentes secum milites ducens, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque relinquit: transque proximos montes lævâ pedites instructos condit, dextrâ equites, impedimenta per convallem, medium agmen, traducit, ut diripiendis velut desertis fugâ dominorum castris occupatum impeditumque hostem opprimeret. Crebri relictis in castris ignes. ut fides fieret, dum ipse longius spatium fugâ præriperet, falsâ imagine castrorum (sicut Fabium priore anno frustratus esset) tenere in locis consules voluisse. Ubi illuxit, subductæ primò stationes, deinde propius adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit. Jam satis compertâ solitudine in castris, concursus fit ad prætoriam consulium nuntiantium fugam hostium adeò trepidam, ut, tabernaculis stantibus, castra reliquerint: quòque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac protinus castra diripienda: et consul alter velut unus turbæ militaris erat. Paulus etiam atque etiam dicere, providendum præcavendumque esse. Postremò, cum aliter neque

*Debellarique*, y que se pudo haber acabado con el enemigo si no hubieran desistido del alcance. *Annibal*, no le fuè muy sensible á Anibal este golpe, antes se persuadió que solo habia servido de cebo para empeñar la temeridad del cónsul mas atrevido, y de los soldados con especialidad por ser bisonos. *Castra*, dejó los reales llenos de ajuar del comun y de los particulares. *Crebri*, dejó varias hogueras en el real como para dar á conocer que con esta apariencia falsa queria mantener en sus puestos á los cónsules mientras tenia mas tiempo para huir. *Falsâ*, con aquella apariencia de reales. *Ubi*, luego que amaneciò, el ver primero los reales sin avanzadas, y despues el silencio que notaron, acercándose mas, les puso en admiracion. *Stantibus*, quedando puestas las tiendas de campaña. *Obscurior*, para ocultar mas. *Crebros*, hogueras á trechos. *Et consul*, y uno de los cónsules (Varron) pensaba como el comun de los soldados; pero Paulo decia y repetia que debian mirarlo mas despacio, y precaver alguna zalagarda...

seditionem neque ducem seditionis sustinere posset, M. Statilium præfectum cum turmâ Lucanorum exploratum misit: qui, ubi adequitavit portis, subsistere extra munimenta ceteris jussis, ipse cum duobus equitibus vallum intravit: speculatusque omnia cum curâ, renuntiat insidias profectò esse; ignes in parte castrorum, quæ vergat in hostem, relictos; tabernacula aperta, et omnia cara in promptu relicta; argentum quibusdam locis temerè per vias velut objectum ad prædam vidisse. Quæ ad detinendos a cupiditate animos nuntiata erant, ea accenderunt; et, clamore sublato a militibus, nisi signum detur, sine ducibus ituros, haudquaquam dux defuit: nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. Paulus, cum ei suâ sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, obnuntiari jam efferenti portâ signa collegæ jussit; quod quanquam Varro ægrè est passus, Flamini tamen recens casus, Claudique consulis primo punico bello memorata navalis clades religionem animo incussit. Dii prope ipsi eo die magis distulere quàm prohibuere imminentem pestem romanis. Nam fortè ita evenit, ut, cum referri signa in castra jubenti consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui, Servilio atque Atilio consulibus, inter pagulatores excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad consules denuntiant, omnem exercitum Annibalis trans proximos montes sedere in insidiis.

*Adequitavit*, llegó á caballo hasta las puertas de los reales. *Vallum*, la fortificacion; vallado. *Quæ vergat*, que mira. *Cara*, todo lo mas precioso dejado allí á la mano. *Temerè*, como por olvido. *Quæ ad*, lo que se dijo para contener la codicia de los soldados, les aumentó mas los deseos. *Cum ei*, como á su natural detencion se juntase el que los pollos no le daban buen pronóstico, mandó dar parte de ello á su compañero, que ya con su gente salia de los reales. *Ægrè*, le sentó mal. *Casus*, el desastre reciente. *Religionem*, le metió en escrúpulo; le intimidó. *Pestem*, la ruina. *Referre signa*, volver los escuadrones á los reales. *Excepti*, hechos prisioneros entre los forrajeros...

*Pulli*, la supersticion romana llegaba á tanto, que del modo de picar el grano que echaban á los pollos tomaban los pronósticos para sus em-

presas; y el peor de todos era quando dejaban el grano, como si siempre hubieran de estar comiendo.

Horum opportunus adventus consules imperii potentes fecit, cum ambitio alterius suam primum apud eos pravam indulgentiam majestatem solvisset.

XXX. Annibal, postquam motos magis inconsultè Romanos, quam ad ultimum temerè evectos, vidit, nequidquam detecta fraude, in castra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat, novaque consilia in dies, non apud milites solum, mixto ex colluvione omnium gentium, sed etiam apud ipsum ducem, oriebantur. Nam cum initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum, querentiumque annonam primo, postremo famem; et mercenarios milites, maxime hispani generis, de transitione cepisse consilium fama esset, ipse etiam interdum Annibal de fuga in Galliam dicitur agitare: ita ut, relicto peditatu omni, cum equitatu se proriperet. Cum hæc consilia atque hic habitus animorum esset in castris, movere inde statuit in calidiora atque eò maturiora messibus Apuliae loca: simul ut, quò longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent. Profectus est nocte, ignibus similiter factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priori metus contineret Romanos. Sed per eundem Lucanum Statilium, omnibus ultra castra transque montes exploratis, cum relatum esset visum procul hostium agmen, tum die sequenti ejus insequendi consilia agitari cæpta. Cum utriusque consulis eadem esset, quæ semper antè fuisset, sententia; ceterum Varroni ferè omnes, Paulo nemo, præter Servilium, prioris anni consulem, assen-

*Horum*, la oportuna venida de estos hizo que los cónsules tuviesen á raya á la tropa; pues la ambicion, con la mala condescendencia del uno, le habia disminuido la autoridad para con los soldados.

XXV. *Annibal*, viendo Anibal que habiéndose movido inconsideradamente los Romanos no pasaron adelante con su temeridad, descubiertas por el enemigo sus asechanzas que le salieron en vano. *Nam cum*, porque como al principio comenzasen á gruñir, y despues abiertamente á pedir á voces su paga los soldados, quejosos primeramente de las provisiones, y últimamente del hambre. *Proriperet*, se marchase de allí. *Cum hæc*, tomando estas determinaciones, y estando los ánimos en esta disposicion. *Movere*, determinó levantar el campo é irse á la Pulla, lugar mas cálido, y donde mas pronto las mieses llegaban á sazón. *Transfugia*, y fuese mas dificultoso á sus soldados inconstantes el pasarse al enemigo...

tiretur; majoris partis sententia ad nobilitandas clade romana Cannas, urgente fato, profecti sunt. Prope eum vicum Annibal castra posuerat, aversa a Vulturno vento, qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. Id cum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare præcipue futurum erat, cum aciem dirigerent, ipsi aversi, terga tantum afflante vento, in obcecatum pulvere offuso hostem pugnaturi.

XXVI. Consules, satis exploratis itineribus, sequentes Pœnum, ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu Pœnum habebant, bina castra communiunt, eodem ferme intervallo quo ad Geronium, sicut antè, copiis divisas. Aufidus amnis, utrisque castris affluens, aditum aquatoribus ex sua cujusque opportunitate haud sine certamine dabat. Ex minoribus tamen castris, quæ posita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullam habebat hostium præsidium. Annibal, spem nactus locis natis ad equestrem pugnam, quâ parte virium invictus erat, facturus copiam pugnandi consulibus, dirigit aciem, lacessitque Numidarum procuratione hostes. Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia consulum romana castra; cum Paulus Sempronii et Flamini temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabii objiceret: testare turque deos et homines hic, nullam penes se culpam esse

*Majoris partis*, siguiendo el dictamen de la mayor parte, se fueron á Canas, adonde los conducia su hado para hacer famoso este lugar con la derrota del ejército romano. *Prope*, Anibal acampó cerca de aquella aldea vuelto de espalda al ábrego, que en aquellos campos abrasados por la sequedad levanta nubes de polvo. *Cum aciem*, teniendo ellos que pelear, dándoles el viento en las espaldas y á los enemigos de frente, cegándolos el polvo.

XXVI. *Aufidus*, el río Ofanto, que corria cerca de los dos campos. *Aditum... dabat*, les daba entrada para tomar agua por estar cerca unos de otros, mas no sin escaramucear. *Liberius*, tomaban agua sin tanto riesgo. *Annibal*, confiando Anibal en el lugar ventajoso para pelear con la caballería, en la que era invencible, dirige su gente y provoca al enemigo escaramuceando con los Numidas. *Cum Paulus*, dando el cónsul Paulo en cara á Varrón con su temeridad, semejante á la de Sempronio y Flaminio, y Varrón respondiendo que el ejemplo de Fabio solo favorecia á generales cobardes y tímidos...

*Cannas*, hoy territorio de Bari.

quòd Annibal jam velut suam cepisset Italiam; se constrictum a collegâ teneri: ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimî militibus: ille, si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exsortem, omnis tamen eventûs participem fore diceret: videret, ut quibus lingua prompta ac temeraria esset, æquè in pugnam vigerent manus. Dum altercationibus magis quàm consiliis tempus teritur, Annibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, cùm in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit: quam inconditam turbam cùm vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam, atque ipsas prope portas evecti sunt. Id verò indignum visum, ab tumultuario auxilio jam etiam castra romana terri, ut ea modò una causa, ne extemplo transirent flumen, dirigerentque aciem, tenuerit Romanos, quòd summa imperii eo die penes Paulum fuerit. Itaque Varro, postero die, cui sors ejus diei imperii erat, nihil consulto collegâ, signum pugnae proposuit, instructisque copiis flumen transivit, sequente Paulo: quia magis non probare quàm non adjuvare consilium poterat. Transgressi flumen, eas quoque, quas in castris minoribus habuerant, copias suis adjungunt, atque ita instructâ acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant, deinde pedites: lævum cornu extremi equites sociorum, intrâ pedites, ad medium juncti legionibus romanis tenuerunt jaculatores. Ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.

*Jam velut*, de que Anibal hubiese hecho suya en cierta manera la Italia. *Ille*, Paulo decia que si sucedia alguna calamidad al ejército aventurado y expuesto á una batalla inconsiderada y temeraria, él ni tendria la culpa ni dejaria de tocarle parte del mal que viniere; y que cuidase de que manifestasen peleando el mismo valor aquellos que eran mas descompuestos y temerarios en hablar. *Ad multum*, hasta muy entrado el dia. *In stationem*, llegaron hasta la avanzada que estaba en los atrincheramientos, y casi hasta las puertas de los reales. *Id verò*, pareció á los Romanos un hecho ignominioso que un trozo de gente de socorro que iba desmandado hubiese aterrado á los de su campo. *Quia magis*, porque mas podia desaprobare que no dar alguna ayuda á las determinaciones de Varron. *Dextro*, en el flanco de la derecha. *Ad medium*, en medio estaban los flecheros incorporados con las legiones romanas; y de los demás armados á la ligera, que eran tropa de socorro, se formó la vanguardia...

Consules cornua tenent, Terentius lævum, Æmilius dextrum: Cn. Servilio media pugna tuenda data. Annibal, luce primâ, Balearibus, levique aliâ armaturâ præmissâ, transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat. Gallos hispanosque equites prope ripam lævo in cornu adversus romanum equitatum: dextrum cornu Numidis equitibus datum; media acies peditibus firmata: ita ut Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medii Galli atque Hispani. Afros Romanam magnâ ex parte crederes aciem: ita armati erant, armis et ad Trebiam, ceterum magnâ ex parte ad Trasymenum captis. Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ ferè erant, dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi ac sine mucronibus: Hispano, punctim magis quàm casim adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus: sanè et alius habitus gentium harum, tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat. Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis prætextis purpurâ tunicis, candore miro fulgentibus, constiterant. Numerus omnium, qui tum peditum equitumque in acie steterè, quinquaginta millia fuerunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum. Duces cornibus præerant, sinistro Asdrubal, dextro Maharbal: mediam aciem Annibal ipse cum fratre Magone tenuit. Sol, seu de industriâ ita locatis, seu fortè ita stando, peropportunè utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in septentrionem versis. Ventus, quem Vulturum incolæ regionis vocant, adversus Romanis coortus, multo pulvere in ipsa

*Cn. Servilio*, Cn. Servilio se encargó de sostener la pelea en el centro. *Ut quosque*, segun los iba pasando los iba formando en batalla. *Ita ut*, de manera que los Africanos estaban á los lados de los que ocupaban el centro, y en medio de estos estaban los Galos y Españoles. *Afros*, el que viera á los Africanos creeria ser soldados romanos, pues tenían las armas que les tomaron, etc. *Hispano*, las de los Españoles eran mas cortas y manejables, y con puntas, como que estaban acostumbrados á herir al enemigo mas de punta que de tajo. *Hispani*, los Españoles se hacian visibles por sus túnicas de lino resplandecientes y entretejidas de púrpura. *Utrique*, á ambos ejércitos les daba de lado. *Vulturum*, abrego meridional. *Multo pulvere*, dándoles de cara, con el mucho polvo les quitaba la vista...

*Sine mucronibus*, sin puntas. Semejantes á los que ahora llamamos sables.

ora volvendo prospectum ademit. Clamore sublato, procursum ab auxiliis, et pugna levibus primùm armis commissa: deinde equitum gallorum hispanorumque lævum cornu cum dextro romano concurrir, minimè equestris more pugnae; frontibus enim adversis concurrendum erat, quia, nullo circà ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudabant in directum utrinque nitentes. Stantibus ac confertis postremò turbà equis, vir virum amplexus detrahebat equo. Pedestre magnà jam ex parte certamen factum erat: acriùs tamen quàm diutiùs pugnatum est; pulsique romani equites terga vertunt. Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna. Primò et viribus et animis pares constabant ordines Gallis Hispanisque: tandem Romani, diu ac sæpe con-nisi, æquà fronte acieque densà impulere hostium cuneum nimis tenuem, eoque parum validum, a ceterà prominentem acie: impulsis deinde ac trepidè referentibus pedem insistere, ac tenore uno per præceps pavore fugientium agmen in mediam primùm aciem illati, postremò, nullo resistente, ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui utrinque reductis alis constiterant, medià, quã Galli Hispanique steterant, aliquantum prominente acie; qui cuneus ut pulsus æquavit frontem primùm, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit, Afrì circa jam cornua fecerant, irruentibusque incautè in medium Romanis circumdedere alas; mox, cornua extendendo, clausere et ab tergo hostes. Hinc Romani, defuncti

*Procursum*, acometiò la tropa auxiliar, y primeramente trabaron la batalla los armados á la ligera. *Nullo circa*, no les quedaba lugar suficiente para desplegarse, porque, apretados de un lado por el rio, y del otro por la infantería, unos y otros se esforzaban en pelear de frente. *Stantibus...* al fin los caballos, apretados por la muchedumbre, quedan inmóviles, y los caballeros, abrazándose unos con otros, se derribaban de los caballos. *Acriùs*, mas fué el calor con que se peleó, que lo que duró la batalla. *Ordines*, las filas de Galos y Españoles eran iguales en, etc. *Tandem*, por último los Romanos, manteniéndose firmes por mucho tiempo, yendo de frente y muchos en número, arrollaron al escuadron enemigo, débil y de poca fuerza, por estar desunido de todo el ejército. *Tenuem*, de filas claras. *Prominentem*, separado de la demás formación. *Ac tenore*, y continuando del mismo modo, pasando por el escuadron que se iba huyendo de miedo, penetraron primeramente hasta el centro. *Qui utrinque*, los que, replegándose por ambos lados, se habian mantenido firmes. *Qui cuneus*, el cual escuadron, luego que fué rechazado por los Romanos, primero igualó sus filas, y despues dejó en medio algun seno ó vacío. *Hinc Romani*, des-

nequidquam prælio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, etiam adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum eò iniquam quòd inclusi adversus circum-fusos, sed etiam quòd fessi cum recentibus ac vegetis pugnant. Jam et in sinistro cornu romano, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum prælium erat, segnè primò, et a punicà còptum fraude. Quingenti ferme Numidæ, præter consueta arma telaque, gladios occultos sub lorica habentes, specie transfugarum cum ab suis, parmas post terga habentes, adequitassent, repente ex equis desiliunt, parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis, in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos, considerare ab tergo jubentur: ac, dum prælium ab omni parte conseritur, quieti manserunt. Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum, arreptis scutis quæ passim inter cervos cæsorum corporum strata erant, aversam adoriuntur romanam aciem, tergaque ferientes, ac poplites cædentes, stragem ingentem, ac majorem aliquantò pavorem ac tumultum fecerunt. Cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in malà jam spe prælium esset, Asdrubal, qui eà parte præerat, subductos ex medià acie Numidas, quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit; hispanos et gallos pedites, Afris jam prope fessis, cæde magis quàm pugná, adjungit. Parte alterà pugnae Paulus, quanquam primo statim prælio fundà graviter ictus fuerat, tamen et occurrit, sæpe cum confertis Annibali, et aliquot locis prælium restituit, protegentibus eum equitibus romanis. Omissis postremò equis, quia consulem et ad regendum equum vires deficiebant, tum denuntiantì cuidam jussisse consulem ad pedes descen-

pues los Romanos, que en vano dieron aquella primera batalla, dejando á los Galos y Españoles, á los que hirieron cuando iban huyendo, comienzan de nuevo la pelea contra los Africanos; de la que salieron mal, no solamente por hallarse cercados de ellos, sino porque peleaban cansados con los que venian con nuevas y enteras fuerzas. *Segnè*, floja al principio, y en la que Anibal usó de sus estratagemas. *Specie*, habiéndose apartado de los suyos con sus caballos, llevando los escudos á las espaldas como si fueran desertores. *Aversam... aciem*, la retaguardia de los Romanos. *Poplites*, cortándoles las corvas. *Pertinax*, y peleándose en otra parte con obstinacion y poca esperanza. *Segnis*, floja, por último habiendo dejado los caballos, porque ni aun el cònsul tenia fuerzas para gobernar las riendas del suyo, entonces, segun dicen, dijo Anibal á quien le llevó la noticia de que el cònsul mandó que



dere equites, dixisse Annibalem ferunt: Quàm mallem victos mihi traderet! » Equitam pedestre prælium, quale jam haud dubiâ hostium victoriâ, fuit; cum victi mori in vestigio malent, quàm fugere; victores, morantibus victoriâ irati, trucidarent quos pellere non poterant: pepulerunt tamen jam paucos superantes, et labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus trib. militum, cum, prætervehens equo, sedentem in saxo cruore opletum consulem vidisset: « L. Æmili, inquit, quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ dii respicere debent, cape hunc equum, dum et tibi virium aliquid superest: comes ego te tollere possum ac protegere, ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris: etiam sine hoc lacrymarum satis luctusque est. » Ad ea consul: « Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto: sed cave, frustra miserando, exiguum tempus e manibus hostium evadendi absumas. Abi, nuntia publicè patribus, urbem Romam muniant, ac priusquam hostis victor adveniat, præsiidiis firmant: privatimque Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum ejus memorem et vixisse, et adhuc mori: et tu me in hac strage militum meorum patere expirare, ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegæ existam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam. Hæc exigentes, prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere: consulem, ignorantem quis esset, obruere telis; Lentulum inter tumultum abripuit equus: tum inde effusè fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in majora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo a Carthalone

la caballería pelease á pié: Aun fuera mejor que me los presentase atados (ironía). *Quale jam*, como que ya la victoria era á las claras de los enemigos. *Vestigio*, sin perder el puesto. *Superantes*, á los pocos que quedaban. *Repetebant*, volvian á buscar. *Prætervehens*, pasando por allí á caballo. *Opletum*, cubierto. *Quem unum*, al que únicamente deben mirar como inocente en el desastre de hoy. *Cape*, toma este caballo mientras te quedan algunas fuerzas: yo acompañándote te puedo apartar de aquí. *Macte*, ten valor. *Frustra*, con tu inútil compasión. *Privatimque*, y privadamente. *Aut reus*, no sea que me acusen de nuevo al salir del consulado, ó que yo haya de ser el acusador. *Crimine*, culpando á otro. *Hæc exigentes*, mientras esto decian, fueron oprimidos primeramente, etc...

atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt. Consul alter, seu fortè, seu consilio, nullo fugientium infestus agmini, cum septuaginta fere equitibus Venusiam profugit. Quadraginta quinque millia peditum, duo millia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur: in his alter consulum, quæstores L. Atilius et L. Furius Bibaculus: unus et viginti trib. mil.; consulares quidam, prætorique, et ædilitii: inter eos Cn. Servilius et M. Minucius numerant, qui magister equitum priore, consul aliquot annis ante fuerat: octoginta præterea aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, cum suâ voluntate milites in legionibus facti essent. Capta eo prælio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur. Hæc est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par, ceterum ut iis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est: sic strage exercitûs gravior fœdiorque: namque ad Alliam fuga sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta secuti sunt, alterius morientis prope totus exercitus fuit.

XXVII. Binis in castris cum multitudo semiermis sine ducibus esset, nuntium, qui in majoribus erant, mittunt, dum prælio, deinde ex lætitiâ epulis fatigatos quiet nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine inde Canisium abituros esse. Eam sententiam alii totam aspernari: cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, cum æquè con-

*Nullo*, no teniendo la aldea ninguna defensa. *Consul*, el otro cónsul, que no siguió las huellas á ninguno de los cuerpos que huian, ó ya fuese casualidad, ó ya lo hiciese de intento, se fué á Venusa. *Consulares*, que habian sido cónsules, pretores y ediles. *Unde*, ó que habian obtenido aquellos empleos por los cuales debian ser senadores. *Hæc est*, esta es la batalla de Canas, tan famosa como la derrota hecha junto al rio Alia; la cual, aunque no la igualó en lo que sobrevino á la pelea porque el enemigo no siguió la victoria, así en la ruina del ejército fué mas brava é ignominiosa. *Prodidit*, entregó la ciudad.

XXVII. *Nuntium qui*, envian un mensajero los que estaban en el campamento mayor á los demás, para que se incorporasen con ellos, mientras que los enemigos descansaban del cansancio de la batalla y de las comilonas que tenian en albricias de haber vencido, y que todos juntos se irian á Canosa. *Eam sententiam*, unos del todo desechaban este parecer, porque decian que porqué aque-